

Q. D. B. V.
DULCISSIMUM DEOQ; GRATISSIMUM
NOMEN

HEPHZIBA

Esa. LXII. 4.
dilectissimæ nostræ

ZITTAVIÆ

decenter accommodatum,

NOVO CON-
SULI

COETERISQ;

PATRIBUS CONSCRIPTIS

in anniversaria Gymnasii Gratulatione,

d. 2. Sept. M DCCIV.

MODERATORE

CHRISTIANO WEISIO, RECT.

velut optimum

OPTANDI PRECANDIQ; SYMBOLUM

Votis ac meditationibus prosequuntur

Nobiliss. & Honestiss. Parentum

FILII.



ZITAVIÆ,

Typis Michaëlis Hartmanni.

D. D. B. N.
DULCISSIMUM DEO, GRATISSIMUM

NOMEN

HEPHZIBA

AMANA

AMANA

SITTAVIA

docenter accomodatum

NOVOCOLON

SULLI

COLLEGIUM

PATRIBUS CONSCRIPITIS

in hoc Collegio

AMANA

CHRISTIANO WERISIO, Rect.

OTAVIO CAROLO SYMBOLO

in hoc Collegio

ROBERTO S. HODGKIN, Praefecto

in hoc Collegio

AMANA

AMANA

in hoc Collegio



Retiosum in sacris literis foeminae nomen est Hephziba: quo delictum mariti, suavissimum voluntatis consensus, ac amoris mutuum aliquod beneplacitum designatur. Praeterquam enim quod Hiskiae Regis Coniux, Manassis Mater, hoc nomine commendata fuit: ipse DEUS desertis ac velut repudiatis Israelitis novum suum amorem testaturus *Esa. LXII. 4*, adeo charam sibi terram eam fore pollicetur, ut eandem vocaturus sit Hephziba, *δέλτιμα* suum, voluntatem suam, quae felicitatem ipso volente percipiat, ac vicissim pios ac devotos suos mores ad sanctam eius voluntatem componat. Sanè cur blandissimum hoc nomen tribui queat optimae nostrae Zittaviae, vel inde constat, quod benignus hic Dominus, qui non vult quemquam perire, qui vult omnes salvari, praesentissimae suae voluntatis documenta proposuit, ut qui vitam ultra dimidii seculi spatium produxerunt, nec bellorum, nec aliarum calamitatum turbas sentire, nec pietatis & religionis thesaurum dubium his finibus reddi meminerint. Hinc qui nunc septimum ac vigesimum gratulandi debitum exsolvo, quoties NOVUS Civitatis CONSUL molem ab Antecessore feliciter gestatam, aequè felicibus ominibus in se recepit: nullam quidem obstuisse vel timendi vel dolendi materiam invenio, quo minus honestissimis juvenibus, ad hoc officium procedentibus praescribi potuisset argumentum, votis, plausibus ac faustis ominibus plenissimum: Et nunc non dubitamus fore, ut, quantum dilectissima Patria nominari queat Hephziba, paulo prolixius persequi liceat. Nam id praecipue constitutum est explicare, quod nostrum sit officium, in tanto beneficio, quibusque studiis singulos vocabuli tam pulchri gradus absolvere debeamus. Neque multum à christianis conatibus discedit Magistratum bene suis rebus ominantium formula, quam Psalmus XX, saepe repetendam exhibuit: quippe si commorari libeat, in primo cantici gratulatorii versiculo: DOMINUS EXAUDIAT TE IN DIE TRIBULATIONIS, NOMEN DEI JACOB PROTEGAT TE: nullum certe nobis occurrit vocabulum, quod novo quasi stimulo nos non excitet, cur nobis placere debeat nomen Hephziba.

Prodibunt in eum finem optimi juvenes, quorum pensa quid contineant, brevibus lineis designare juvat, ubi primum totius systematis conspectu, praeparatus fuerit Lector.

Amo-

Amoris felicitas certis velut gradibus constat, quibus ad propiorem Personæ conjunctæ notitiam proceditur. Ipsa futura Conjugis Hephziba.

1. Quis sit Sponsus intelligit. scimus cur in precibus nostris ipse vocari debeat **DOMINUS**.
2. In colloquium cum ipso venit. Hoc sine dubio præsupponitur, si nos **EXAUDITOS** fuisse credamus.
3. Fidem & commiserationem Amantis agnoscit. ita provocare non erubescit ad **DIEM TRIBULATIONIS**.
4. Arrham & mutui vinculi pignus accipit. sed quid pretiosius **NOMINE** præsertim si **JESUM** appellari constet.
5. Ipsa Sponsalia contrahi gaudet. **DEUS** autem **JACOB** ideo dicitur, quod in fœdus suum, h. e. in Ecclesiam suam nos recipit.
6. Plena sequitur tum cohabitatio, tum sublevandæ familiæ cura, quæ exprimitur solo **PROTEGENDI** vocabulo, cum protectio non solum adversus invidos & malevolos, sed magis adversus egestatem & contemptum pertinere soleat.
7. Constantem Unionem innuit Pronomen sæpius repetitum **TE. TE.** Nihil enim a Sponso dicitur, nihil donatur, nihil promittitur, quod fidelis Hephziba, sibi dictum, sibi donatum, sibi promissum non arbitretur.

Inde postquam excepti à canente choro confederint **AUDI-TORES**, initium loquendi faciet

CHRISTOPHOR. von der Osten genant Sacken/
Nobilis Curlandus

Qui facta mentione patrii sui soli, quod variis jam turbis laborat, nobis gratulabitur, quod non solum indigenis, sed exteris quoque locus hic patet, tractandis studiis commodissimus. Imprimis vero commendabit argumentum, & quemadmodum in certis Regnis, novus Rex a Subditis accipere solet annulum quasi sponsalium; ita pretiosum laudabit annulum, quem cœlesti suo Sponso quotidie decernat Hephziba nostra, quemque, si recitet Davidis verba superius allegata, septem velut gemmis distingvi videat.

Chorus ad primam Gemmam respiciens canet

Zittau denke was du bist.

Fried und Ruhe bleibt im Lande / Glück und Heil in allen Stande /
Da manch Volck verstoret ist.

Ach weil du den HErrn kennest / Und ihn selbst mit Nahmen nennest /
So wird alles wolgethan. Denn du ruffst den HErrn an.

CHRISTIANUS Siegfried Kießling / Zitt. Lus.

uberius explicabit, quanta sit nostra prærogativa, quoties hic provocare possumus ad **DOMINUM**, qui terram nobis jam a prima creati-
one,

one, sub placido montium angulo commodam & foecundam; ipso temporis progressu civibus, ædibus & agris excultam; præ multis aliis, velut ingenio loci, pacificam & tranquillam.

Denuo præibit Chorus

Bete noch zur Gnaden-Zeit.

Laß dein Herz in Andacht wallen / laß die Worte laut erschallen.
Den das ist die Freudigkeit /

Wenn dein Mund den Herren ehret / daß er dich gewiß erhöret.
Bleib in solcher Zuversicht. Gott verläßt die Seinen nicht.

Johann Philipp Voigt / Zitt. Lus.

Qvam placidum instituat cum hoc DOMINO COLLOQUIUM exponet: respiciens moneta[m] Caroli V. nuptialem, qui sub trium Gratiarum habitu cognosci voluit *Juventutem, Pulchritudinem, Fœcunditatem*. Nos enim DEUS duxit ut juventutem, nos undiqvaq; satis reddidit pulchros, nos, exauditis precibus, in eventu felices & foecundos

Chorus denuo canet

Freylich sieht es kläglich aus.

Noth und Furcht ist gnung vorhanden / deiner Lust wird nachgestan-
Gott bewahrt dir Hoff und Hauß / (den.
Der ist vormahls gut gewesen / wen wir in Geschichten lesen.
Drum wird auch der Gnaden-Schein / dieser Noth gewachsen seyn.

JOHANNES CHRISTOPH. Burghard / Radeb. Misn.

Ad DIES TRIBULATIONIS respiciens, quantam tribus præcipuè seculis, XV, XVI, & XVII. gratiam & misericordiam per hos fines experti fuerimus, evolvit.

Chorus novum intersperget versiculum.

Nur behalt den Rahmen wol.

JESUS der ein Heiland heisset / und sein Volck aus allen reisset /
Schaffe was er schaffen sol.

Hat er uns so weit regieret / und den Rahmen wol geführet /
Ach so mag es immer gehn. JESUS wird mit uns bestehn.

Gottfried Israel / Zitt. Lus.

NOMEN quod defensionis nostræ pignus est, h. e. JESUM laudabit, cujus indicia primaria singulis Templorum nostrorum nominibus exhibentur. Templum S. Johannis, Christum innuit, cujus ille fuit præcursor amicus & testis. Templum Petri & Pauli, Christum commendat à quo, velut Petrà, Petrus nomen accepit, & qui Paulum in tertio cœlo verbis fuit, sed iis etiam ineffabilibus reddidit doctiorem Templum Crucis, Eum potius adspici jubet, qui pendens in cruce, figuram eam sanctificavit. Templum B. Virginis, puerum hunc in maternis ulnis blan-

blandientem refert. Templum vero Sacrosanctæ Trinitatis, illum qui Patri & Spiritui Sancto Medius est dissimulare nequit.

Chorus ita perget

JESUS bleibe Jacobs Gott.

Und die sich bewegen lassen / daß sie Jacobs Glauben fassen /
Die befürchten keinen Spott.

Wollen sich die Feinde brüsten / sind wir doch erwählte Christen /
Ja wir haben Jacobs Theil. Herr wir warten auf dein Heil.

Gottlob CHRISTIANUS Steinel / Sprembergensis.
DEUM JACOB nobis adfuisse gratulabitur. Ut enim Jacobi fortuna quatuor velut columnis innitebatur: columna *Sustentationis*, qui nunquam deficeret in egestate; *Augmentationis* qui familiam cerne-
ret undiqvaq; multiplicatam; *Dominationis* qui Sanctæ suæ profapiæ Pater & Princeps diceretur; *Perfectionis* qui Messiam e sanguine suo prodituum sciret: ita cur Zittavia quatuor his columnis impositam semper viderit fiduciam suam, argumentis non obscuris ostendet.

Chorus iterum audietur.

Gott ist alles heimgestellt /

Wil Er uns hinfort beschützen. Können wir in Friede sitzen.
Er ist König in der Welt.

Wen Er schlägt der ist geschlagen / wen Er trägt der ist getragen /
Und wem Er die Gnade thut / dem ist wol / der hat es gut.

Johann Eberhard Schindler / Zitt. Lus.

Quid sub PROTECTIONIS promissione comprehendatur, & quantum ea, præsertim apud personas conjugatas arguant defensionem adversus *egestatem*, adversus *contemptum*, adversus *invidiam*, declarabit. Simul autem sua faciet Verba Samuelis, a Max. Rev. Præcone nuper inculcata, HUCUSQ; NOBIS AUXILIATUS EST DOMINUS.

Chorus ultimam persequetur stropham.

Zittau JESUS schütze dich /

Dich in Regiments-Personen / Dich wenn wir in Häusern wohnen.
Ja die Kirche freue sich /

Wenn sie ferner offen stehet / und des Herren Tag begeheth.
Alle Welt verwundre sich. JESUS lebt und liebet dich.

Prodibit tandem Epilogus

Gottfried Kühn / Landshuta Siles.

Is constantem conjunctissimi Salvatoris UNIONEM agnoscat, e repetito Pronomine exaudiat TE, protegat TE. Sic postquam singuli, e Patrum Conscriptorum ordine compellaverit, ad eam Victoriæ respicit

spicit, quam DEUS adversus Imperii gravissimos hostes in Svevia concessit, ubi ferocientibus hinc Bavaris inde Gallis frenum adeo durum ac inevitabile fuit impositum, ut per bellicosos hos annos prælium tot cædibus, tot captivis, tantis spoliis celebratum nominari vix queat. Neq; dubium est, quin justo tempore spargi possit hic versiculus:

Dum fugiens Gallus fatalia castra relinquit,
ANGLICA non pugnant tela, sed ANGELICA.

Chorus in decessu, consvetâ cantiuncula Magistratum & Civium fortunam Deo commendabit, ac devotum hoc onien in ipsis Auditoriî pulpitis & subselliis relinquet.

Cæterum his officiis occupata nunc erit pietas nostra, cui DEUS benignas aures, nec non benevolos Auditores concedat. Equidem quod superiorum annorum consuetudo velut in legem abire jussit, sin minus exquisito verborum apparatu, brevitatem tamen & observantiam placere singuli studebunt.

Interim ne prorsus siluisse videar, qui cæteros ad loquendi pium officium deduxi, habeat optima Patria deditissimum hoc amoris & sinceritatis monumentum.

Vivunt PATRIÆ PATRES.

Majorum, meritissimorum quidem annos superat

CONSUL regens K A P S I U S.

Sit Ejusdem Senectus velut juvenus Ejus,

& quicquid alii præstant agendo,

id ipse tum suppleat, tum dirigat consulendo.

Nomen suum

Superiore jam seculo Zittanis pretiosum,

diutissime nobis fervet

discedens ab annua Regiminis mole

CONSUL HARTIGIUS.

Ut sæpius facere possit, quod sæpe fecit.

Beatam & PRINCIPI & nobis

operam præstet

CONSUL SELIGMANNUS

Ut, quoties abest, Ejus tamen adsit dexteritas,

ac Reip. clavum aliquando teneat,

Qui clavum meritis & beneficiis nunquam deseruit.

Seqvatur Prætor

NESENIUS MAYERUM

ac e litium cumulo civium copiam,

e copia florentem Patriæ statum agnoscat,

Nunquam careant negotiis suis

Nobilissimi SCABINI,

Semper occupatos inveniamus

Optimos SENATORES

Qvin

Qvin & Administrantium Actis adfir
 quotidianum laboris augmentum,
 Sic enim probabitur Virtus, emicabit amor,
 suis quoq; præmiis non carebit sedulitas,
 Sint qui suis molestiis prodesse
 perpetuo possint, perpetuo velint, perpetuo gaudeant.
 Renovati quoq; Templi consentiant omina.
 Pulchrior ut Ædes pulchriorem convocet populum,
 ac in his etiam ornamentis
 DEO sua suaviter placeat HEPHZIBA.
 Habeat primaria Turris
 INSIGNIA, CÆSAREANA,
 ne Vicini nesciant, cui debeant favorem:
 Ad latus ostendat
 INSIGNIA SAXONICA
 ne nesciamus
 cui civis debeat preces & obsequium.
 Ipse quoq; Globus,
 nitidioribus nunc radiis effulgens,
 acceptum a Sole pacifico fulgorem nobis adspergat.
 Hostium vero nullum terrorem experiatur
 is tractus,
 quem e sublimi suis oculis lustrare potuit,
 qui nuper in Globo saltavit,
 SALUTEMq; nobis necessariam nuncupavit.
 Imprimis illas portas habeamus felices,
 & dignas, quibus addantur ANGELORUM Portæ,
 unde Victoriarum a Deo concessarum nuncia referuntur.
 Discat hostis imposterum fugere,
 qui fugam semel & iterum cepit
 Et qui pacificationibus oblatis denegaverunt atramentum,
 nunc suo subscribant sanguine.
 Neq; nos destituat SEPTENTRIONIS expectatio.
 cuius quidem successus efficiet,
 Ut animis hilarioribus gratulemur
 BELGIO, ITALIÆ, LUSITANIÆ,
 PEDEMONTIO,
 quin & respiranti sub oneribus SVEVIÆ.
 Sic maneat omen nostrum
**HUCUSQ; NOBIS AUXILIATUS EST
 DOMINUS.**

